



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. De Dilationibus, quæ ante litis contestationem conceduntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

lis contestatione usque ad sententiam definitivam exclusivè. Tertia à sententia usque ad ejus executionem inclusivè, ita dilationum etiam judicialium tres sunt species. De quibus sic

§. I.

De Dilationibus, quæ ante litem contestationem conceduntur.

Sunt plures tales dilationes, primò quidem citatoriarum, quæ etiam vocantur expectatoriarum, & dantur Reo citato, absenti ad comparandum, & respondendum in iudicio petitioni Actoris, quæ quidem dilationes suâ naturâ peremptoria non sunt, sed potest unâ concessâ, altera, ac etiam tertiâ concedi, quæ tandem peremptoria est, si tamen ratio aliqua exigat, potest prima statim cum termino peremptorio fieri, ita tamen commodum tempus ad comparandum determinando, ut tribus citationibus æquivalet, vel saltem pars citata, abbreviatio sine causa iusta termino, non nimium gravetur, quo in casu appellare etiam posset, *C. Dilati. l. h. t.* (ad quam excludendam consultum est, ut si dilationem abbreviet iudex, causam illius exprimat, & peremptoria citationi inferat) aut jus domum revocandi haberet in causa privata, & novas dilationes petendi, si ex loco remoto in publica causa etiam citatus fuisset. *c. Exposuit. 4. h. t.* Secundò sunt aliæ deliberatoriæ dilationes, quæ dantur Reo post oblatum libellum, ut deliberare possit, utrùm litigare velit; & plerumque sunt viginti dierum deliberatoriæ hæc induciæ à die portecti libelli. Quæ tamen deliberatoriæ dilationes quandoque negari pos-

sunt, si per literas citatorias, quibus tota petitio Actoris inserta fuit, sufficienter instrui possit reus. *c. Præterea 2. c. 6. Littera 3. h. t.* Tertiò sunt aliæ recusatoriarum, seu declinatoriarum, quæ ad omnes exceptiones dilatorias opponendas dantur, priusquam fiat litem contestatio. juxta *c. Pastoralis 4. de except.* quales dilationes sunt, quæ recusant Judicem, quæ rescriptum impugnant, &c.

§. II.

De dilationibus, quæ post litem contestationem, vel ante sententiam definitivam, vel post illam conceduntur, & de prorogatione, atque effectibus dilationum.

IN secunda Judicii parte post litem contestationem, & juramentum calumniæ præstitum conceduntur dilationes probatoriæ & allegatoriæ. Probatoriæ sunt, quæ dantur Actori ad positiones & articulos probatorios formandos, vel Reo ad respondendum ad eos; item ad testes vel instrumenta querenda, aut præparanda, adeoque ad probandam suam intentionem & exceptionem, Et quamvis in causis pecuniariis, aut Civilibus regulariter unica tantum detur, (nisi obstructum impedimentum à parte litigante allegatum, & probatum, tertiam vel etiam, quartam: nunquam tamen, quintam Juxta indulgeat cum solemnitate legali, si ve post probatam petendi causam, & præstitum à parte petente juramentum, quod malitiosè non petat dilationem talem) in causis tamen criminalibus, ubi majus vertitur præjudicium, accusatori duæ, Reo autem tres tales dilationes ex quacunque causa, etiam nullo allegato

im-